

Oratio habita per R^{edum}
 Patrem dñm Antonium
 Pucciuz Camere Aplice
 Clericū : in Nona Sacro
 sancti Lateranens. Concilii
 Sessione. Tertio Noñ.
 Maii. M. d. xiiii.



LATERANENSE CONCILIVM



CLeoni. X. Pont. Max. Antonius Puccius
humillime pedes osculatus sese
cōmendat.

PAulopost tuam ad summi Apostolatus Apicem
gratissimā omnibus assumptionē Beatiss. Pater
ad Urbem profectus / quo Septemuiratus munus a
Reuerendissimo Patruo meo gratia & munificentia
tua in me translātū exercerem. Nihil sane magis op-
taui q̄ aliquā dari occasionem: qua singularē meæ er-
ga Sanctitatem tuā seruitutis affectū: si non implere
aliquo saltem inditio declarare possem. Qua de re su-
perioribus mensibus Beatitudine tua uelut estuantis
desiderii mei præsaga perdifficile mihi orādi in Late-
ranē. Concilio munus demandāte: licet impar meis
illud humeris uiderē: more tamen Amantiū nō quid
uires possent ingenii: sed quantū uis auderet amoris
inspiciens: quicquid benigne per Te fuit iniunctum
prompta mentis hilaritate suscepī: Susceptūq; hodie
in augustissimo Lateranē. Templo corā inclyto Sā-
ctitatis tuæ conspectu benigna grataq; eius attentio-
ne pro uiribus pręstiti. Et cū non ab re fore duxerim:
ut quā astantibus uoce protuleram eam litteris Tibi
uni: a quo omniū salus unice pender perpetuo dedi-
carem. Accipe quæso meæ in te obseruantia ac serui-
tutis qualecūq; testimoniū / eo præcipue animo: ut si
quid forte aures / mentēq; tuā minus grauius uel or-
nate dictū offenderit / non temeritati; quā cum tanto

N Vllum tempus unq̄ fuisse memini Pont. Max. Patres amplissimi/ & Clarissimi Præsules: quo magis animum meum cōmotum/ affectum/ inflammatumq; senserim; q̄ hodie totum me apud Sanctitatem tuā de uniuerso Ecclesiæ dei statu uerba factorum cōmoueri/ affici/ inflāmariq; sentio. Licet enī diuinæ Maiestatis tuæ conspectus: rutilanti cuius fulgore imbecilles oculi mei caligant: Tot amplissimosq; Patrū confessus: quorū nemini ingenio uel sapientia plurimarūq; rerū peritiā mereor cōparari: Ipsius deniq; pertractandæ rei magnitudo: quæ omnē ingeniū ubertatem/ omnem dicendi copiā/ omne orationis genus excedit/ nō mediocriter me dicere incipientē terreat: Recreat tamen recreat/ ac sūmopere animū meū reficit ratio cōmunis boni: quod ex Sacrosancti istius confessus consilio atq; decreto uniuersæ Christianæ fidei Catholicæq; Ecclesiæ prouenturū spero/ mihiq; omnino polliceor. Noster namq; Deus Iesus a morte resurgens/ & in altū ascendens: ut cœlestia inde dona mortalibus largiret: si Ecclesiæ Sponsæ suæ/ a qua corpore discesserat/ pro ministerio exercendo/ pro gente illuminanda/ pro fide consumenda/ quosdā concessit Apostolos: Prophetas aliquos: nōnullos Euāgelistas: Doctores nō paucos: Pastores uero q̄ plurimos: Nimirum Ego uelut Simeon alter animo & corpore debeo exultare: qui hodie non uirtute propria excitatus/ sed obediētiæ ratione compulsus/ eo meruerim oraturus accedere: quo pro uniuersa tandem Ecclesia dei refo-